AUTHOR:

EBERHARD, ALFRED

TITLE:

OBBSERVATIONUM POLYBIANARUM...

PLACE:

BERLIN

DATE:

1862

Master Negative #
93-81613-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Eberhard, Alfred, 1841-1914.
Observationum Polybianarum particula scripsit et ... defendet Alfred Eberhard ... Berolini, Lange, [1862]
40 p. 19½ cm.

Thesis, Berlin, 1862.

Volume of pamphlets

99540

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/27/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

OBSERVATIONUM POLYBIANARUM
PARTICULA.

SCRIPSIT ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
ALMA ACADEMIA FRIDERICA GUILELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XVI. M. JULII A. MDCCCLXII.
H. XII.
UNA CUM SENTENTIIS APPOSITIS
PUBLICE DEFENDET

ALFRED EBERHARD
COBURGENSIS
SEM. PHIL. GOTTING. ET BEROL. SOD. ORD. SOC. ORIENT. GERM. SOD.

ADVERSARIORUM PARTES SUSTINEBUNT:
EDMUND HEDICKE, SEM. PHIL. SOD. ORD.
OTTO MEERWEIN, SEM. PHIL. SOD. ORD.
OTTO WILLMANN, CAND. PHIL.

BEROLINI
TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE.

PARENTIBUS

OPTIMIS. CARISSIMIS

S.

Dissertationis quam ordini philosophorum Berolinensium amplissimo tradideram cur quintam fere partem typis describendam curarem duae potissimum fuere caussae. Nam quominus totam ederem et nimia commentationis moles prohibebat et quod fore ut aliquando quidquid tractavi plenius et accuratius explicare possim spero atque confido. Itaque quum plurima alia quae minus faciebant ad rem resecui, tum largam locorum congestorum copiam imminui. Priusquam autem quam secutus sim rationem exponere incipiam gratiae mihi sunt agendae maximae duumviris clarissimis Immanueli Bekkero et Mauricio Hauptio. Quorum uterque quum negotiis gravissimis esset occupatus adeo non laborem de hoc meo qualicunque opusculo iudicandi in se suscipere dedignati sunt, ut potius et brevissimo temporis spatio et clementissime de eo tulerint sententiam. Quantum autem Hauptio praeterea et in universa studiorum ratione et hoc in libello elaborando debeam, quantopere me disciplinae severitate provexerit, quam saepe consilio admonitione vituperatione adiuverit ut nunquam satis extollere possum laudibus, ita grato semper animo tenebo.

Exorsus sum ab enarrandis iis quas sibi Polybius praescripserit artis historicae legibus. Qua in re quum magni fuerit momenti latum de aliis iudicium fieri non potuit quin quid de poëtis atque historicis sentiret prioribus, paullo accuratius persequerer. De uno Callisthene verbum hoc loco faciam.

Callisthenis in rebus militaribus imperitia (XII, 17—22, VI, 45, 1) et nimia Alexandri adulatio (XII, 12a, 23) vituperatur. Atque de eo plane diversa ab iis tradit quae referunt alii: nam ubique Alexandro exosus factus esse narratur eo quod divinos honores ei denegavit.[1]) Iam audi Polybium ex Timaeo referentem XII, 12a, extr. τὸν δὲ φιλόσοφον αἰγίδα καὶ κεραυνὸν περιθέντα θνητῇ φύσει δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι τούτων ὧν ἔτυχεν. Inde vides quam recte dicatur κόλαξ (lin. 23): quodcunque enim omen observabatur, quidquid pronuntiabant feminae fatidicae dummodo ad Alexandrum in deorum numero habendum pertinerent credidit omnia. Cobeti igitur coniectura (mnem. XI, 1, 21) βλᾶκα carere possumus. Quae iam ob verba διεφθαρκότα τὴν ἐκείνον ψύχην καθ'ὅσον οἷός τ'ἦν erat reiicienda. Iam vide quam insulsa atque inepta sint quae leguntur XII, 23 p. 746, 22 sqq. Sed omitte οὐκ ante ἐβουλήθη cum Suida et vide quam praeclara evadat sententia: dii multo maiore irascerentur iure Timaeo quam Callistheni: hic enim Alexandrum quidem in deorum numero reposuit i. e. diis habuit *parem:* ille vero Timoleontem diis summis reddit maiorem. Atqui Alexander re vera vir est maior quam pro hominibus, Timoleon autem nihil plane laude dignum unquam ne dicam peregit sed ne suscepit quidem. Patetne οὐκ esse omittendum? Idem censuerat Cobet l. l. p. 22.

---

[1]) Cf. Geier, Alex. M. historiarum scriptores Lips. 1844. (Cic. de or. II, 13.) de Vries p. 110 sq. Geel, p. 22 sq. 160—2. Ekker, Plut. Cim. p. 28. Herm. Luc., q. h. s. c. p. 229. Krüger, Arr. An. VII, 27, 1 p. 298 et IV, 14, 3 p. 184. De Alexandri divinis honoribus, ut hoc obiter notem, v. Mätzner. Din. p. 144 et Babington. in altero quem ed. Hyperideae or. funebr. subiunxit excursu.

Congessi deinde ea quae alia praesertim Romani de Polybio iudicarunt plerumque honorifice, Dion. Hal. acerbe. (cf. Krüger ad Dion. praef. p. XIII, et p. 260 n. 63.).

Quum enim Graecorum et artes litteraeque et linguae usus sub finem seculi quinti a. C. n. et per maiorem quarti partem summum tenuissent perfectionis fastigium simul cum libertate amissa rapide deciderunt (v. Cobet. v. l. p. 19). Inde ab illis temporibus senescentis sermonis vestigia occurrunt. Sed nusquam magis sunt perspicua quam in Polybii libris qui nulla arte adhibita ea delere supersedens qui sui temporis proprius erat sermo referebat. Ceteri enim quicunque historias conscripserunt plerique priorum sermonem imitati dicendi genere utebantur quale oratorem potius decebat. Sed Polybius Diodorus Plutarchus et fortasse Philistus (Vries p. 156, VII, 106. Held Plut. Timol. p. 404 sq.) vulgarem expresserunt sermonem. Quibus adiungas eos qui veteris novique foederis libros graece aut conscripserunt aut verterunt. Permulta quoque praebent **Babrii** fabulae conferenda. (Hauptius Babr. 85, 5 emendavit ex Polybio εἰ μὴ προάξει τὴν μάχην τ'ἐνεργήσει cf. Pol. I 13, 5. Lachmannus Babrio restituit 3, 2 ἐπισυνάγειν vocabulum Polybianum. V, 97, 3.)

E priorum scriptorum numero similis quodammodo sunt Polybii elocutioni Aristoteles et Theophrastus quippe qui pariter et sermone utebantur non artificiose exornato et res tractabant cogitatione conceptas. Hoc loco etiam Hippocratis mentio fieret oporteret nisi ex libris qui eius nomine feruntur quot essent ingenui quot subditicii parum hucusque constaret. Ex comicorum fragmentis multo minus redundavit quam expectares.

Quo magis lingua senescit eo minus verba multo usu trita veterem servant vim et vigorem. Itaque multa quae priore tempore in usu erant frequentissimo abolescunt, multa vivida et mobilia rigescunt quasi et torpescunt. Ut damnum explerent duplici operam dederunt ratione: primum quod verba obsoleta et poëtica conquisiverunt, deinde quod nova formarunt. Praesertim autem ut consentaneum est simplicium verborum notionibus immutatis obscuratis infractis, ut accuratius sententiam exprimerent permulta composita cum a poëtis mutua sumserunt tum recens conformarunt. Quod et apud alios usu venit et apud Polybium quippe qui perspicuitatis et planitatis est studiosissimus. Sed magna inter composita poëtica et Polybiana interest diversitas: illi enim ut rem vel actionem uno vocabulo quasi depingerent plures notiones unius verbi ambitu collegerunt: apud Polybium autem quamquam nec id genus composita desunt saepissime notione aliqua addita modus quo res peragitur indicatur. Qua de causa invenies nomina composita plurima quae dicuntur abstracta plurimaque verba quibus una vel duae vel tres praepositiones praefixae sunt. Verba enim cum priore praepositione ita coaluerunt ut unius verbi simplicis instar facta sint. Atque iam significavi alterum momentum quod in vocabulis a Polybio formatis (i. e. quae ante Polybium non occurrunt) invaluisse patet: dico studium quo modo res factae sint quaeque sint earum caussae describendi. Inde explicatur magnus nominum abstractorum numerus et incredibilis adverbiorum copia. Adj. enim rem depingit qualis est; adverbium actionis rationem indicat. Quamobrem poëtae quoque saepe adiectivis usi sunt ubi in prosa oratione locus fuisset adverbio. Hanc ad partem iam

pertinet tertium: quum enim historici sit qualis est ex Polybii sententia, iudicare num bene num male res gestae sint, vides magna ei adverbiorum adiectivorumque copia opus esse; e quorum numero ea praesertim quae n. n. εὖ δυς α privativo definiuntur notatu digna sunt. Quibus in universum expositis iam singula excutiamus.

Ac primum quidem agamus de vocabulis poëticis a Polybio usurpatis.

ὀφρύς littus (Ruhnk. ep. crit. p. 147) III, 71, 1. 4. XII, 22, 4. XVIII, 14, 5. de collis margine (N. T.) VII, 6, 3. 17, 1. 4. VIII, 5, 4. X, 38, 8. 39. XXXVI, 5. Similiter usurpatur χεῖλος et saepius pl. χείλη III, 14, 6. 43, 8. 46, 3. X, 10, 13. 31. 49, 4. τὸ τῆς τάφρουχ. XI, 15, 7. τοῦ πίθου XXII, 11, 17. τοῦ τεύχους. X, 44,.11. fr. 177. (Biel 585) ρεῖθρον de flumine fluminisque alveo (Hdt. Xen. LXX.) II, 32, 9. III, 71, 1. 113, 6. IV, 41, 7. ῥεῖθρα ποταμῶν XVIII, 14, 5. (cl. Babr. 79, 2. 111, 5) (i. q. ρεῦμα I, 75, 5. II, 16, 7 sp. ῥύσις II, 16, 6. IV, 41. 4 sp.) τὸ ὑγρὸν aqua. III, 46, 7. 12. 79, 10. 84, 9. IV, 39, 7. 9. Huc etiam referas βουνὸς collis quod Cyrenaeorum esse traditur vocabulum a Phryn. p. 355. v. ib. Lob. Mein. C. Gr. 4 p. 16 et 46 (34a) Biel 203. Pol. II, 26, 3. 8. 27, 6. III, 83, 1. 3. 4. 101, 4. 105, 11. IV, 70, 5. 10. V, 22, 3. 7. 23, 8. 71, 4. X, 10. XI, 21. XVIII, 3. 7. XXXVI, 5. (βουνώδης II, 15, 8. V, 22, 1. IX, 21, 7) δρυμός (Biel 429.) II, 15, 2. III, 40, 12. XII, 4, 13. v. Plut. Mar. 11, 4. δυσμαὶ de solis occasu et regione occidentali II, 14. 4. 16, 2. 25, 4. sp. pro usitato δύσεις quod nec ipsum pl. num. apud Polybium infrequens est (III, 36, 6. 37, 5. 6. 7. 8. cet.; restituas cum Hultschio I, 42, 5 (p. 50, 17) v. Blomf. Aesch. Pers. 237. Ἄμειψις X, 1, 5 vox est Pindarica postea Diod. et Plut. usitata facta.

Λύσις finis ut apud Pind. I, 82, 2; VI, 38, 1. XI, 25. 34, 7. XIV, 9, 10. XV, 15. XXII, 8. XXXVIII, 2, 11. λ. τοῦ πολέμου. μῆνις XXXVII, 4 extr. Neque minus ἀνάπωτις forma est Pindarica. Ol. X, 56. Lob. Phr. p. 340. Path. el. p. 229. gen. in — εως acc. in — ιν exit; ἀναπώτεως X, 14, 2. ἄμπωτις XXXIV, 9. ἀμπώτεως I, 39, 3. XX, 5. 7. ἄμπωτιν X, 14, 7. v. Ellendt Arr. T. II. p. 309 κέντημα II, 33. fr. 100 sp. δρασμός V, 26, 14. XV, 27, 4. XXXI, 23, 3. (Krüger Arr. p. 196. Jacobs Ach. Tat. p. 569.) σταλαγμός XII, 25 a.

οὐλαμός VI, 29, 2. 3. 28, 3. 30, 5. 33, 10. 35, 2. X, 3. 4. 23. 49. XVIII, 2, 4. κύδοιμος V, 48, 5 (Biel 253). λαῖλαψ XXX, 14, 6 (Biel 266. N. T.) Φεψάλυξ I, 48, 6. ἀλκή XII, 3 (751, 21.) fr. 14 (Plut. Them. 7, 33. Alex. 5 sp. v. Ellendt Arr. I. p. 334. Kr. Thuc. II, 84, 4. Biel 670.) cui conferas Arriani μένος: Ellendt Arr. II, p. 289. φθόρος clades bellica I, 38, 1. III, 51, 3. v. Krüg. Arr. p. 257. ad Thuc. II, 52. ζόφος XVIII, 3, 7. (ψ 5, 2. Plut. Flam. 8, 3. βρόμος (Biel 307) XXXIV, 11. κόπος I, 19, 12. XII, 4, 11. XV, 16. XVI, 33. XVIII, 1. XXXV, 1. cl. XI, 25. (Babr. 7, 8. Biel 227) σπινθήρ XVIII, 22, 2. (Theophr. Plut.; Biel 308).

στωμυλία IX, 20, 6. ἀσυλία. IV, 74, 2. (Plut. Rom. 9. 19.) ἀκληρία XXIII, 8, 9. XXXVIII, 1 a. Κοιλάς vallis (non ante Pol.) V, 44, 3 (Biel 213). σπιλάς I, 37, 2. ψυλλάς ut apud Hdt. frondium acervus XIV, 1. Αἰχμαλωτίς X, 18, 7 (Lob. Aj. 71 p. 106. Biel. 44.) βασίλισσα (Lob. Phr. p. 225. Ellendt Arr. T. I. p. 191.) unice usitata forma est quum apud Polybium tum in inscriptionibus Aegyptiacis. V, 43. 4. XV, 33, 11. Exc. Esc. XV, p. 1, 4 sp. v. Biel 284. πέτευρον VIII, 6, 8 ib. Schwgh. Dorv.

Char. p. 668. Amst. Babr. 124, 13. Profunditas LXX. v. Biel 102.

λάφυρον singulari praesertim numero II, 62, 2. (III, 17, 7.) IV, 26, 7. 36, 6. XIV, 7. XVII, 4, 8. 5, 1. Biel 275. ῥύσιον plur. num. IV, 53, 2. XXIII, 2, 13. XXXII, 17. ἐπισκύνιον supercilium superbia XXVI, 5, 6. Νήπιος παῖς XV, 6 extr. νήπιον παιδίον V, 29, 2. XV, 20. ἔτι νηπίου τοῦ βασιλέως ὄντος XXVII, 12. XXXI, 12. ἐκ νηπίων IV, 20, 8. (v. Babr. 16, 1. 72, 21. Plut. Brut. 1. Sull. 37, 21. Rom. 19, 7. Mätzner Ant. p. 177. Biel 385. δόλιος iam apud Xenophontem qui vocabulis poëticis non prorsus abstinuit reperitur. VI, 47, 5. XXII, 17, 1. (Biel 422. N. T.) παλαμναῖος fr. 12. Ἀγύρτης XII, 8. Blf. Aesch. Ag. 1244. Δράστης apud Pindarum servus est (Pyth. IV, 287 ib. Böckh) ut δρηστήρ Homeri. Quum sit idem atque δραπέτης (v. Dorv. Char. p. 755. Lob. Aj. p. 317) a Polybio cum eo quod est αὐτοῦργος coniungitur XII, 25 h. extr. (ut a Manethone δρήστης et βίαιος.) Plane eadem ratione Babrius 130, 14. Simili quodammodo notione adi. δραστήριος usurpant de cuius usu Plutarcheo v. Bähr. ad Philop. p. 9 sq. Wyttenb. ad Eunap.

V. φύξιμος quod Plutarcho quoque familiare est, altera extat forma φεύξιμος XIII, 6 (p. 769, 3). — λοξός IV, 86, 8. Βαθύς de mente et in variorum poëtarum carminibus (Dissen. Pind. Nem. 4, 8 p. 396. Blomf. Aesch. Theb. 590. Boisson. ad Nic. Eug.) et nonnunquam in Herodoti (Wessel. ad IV, 95 p. 339 Gsf.) et Platonis libris legitur. v. Schöm. Plut. Cleom. p. 180. Bähr. Plut. Philop. p. 10. Pol. VI, 24, 9. XXI, 5, 5. Babr. 127, 5 βαθυγνώμων.

Ἀδήριτος I, 2. 3. 20, 12. III, 3, 5. IV, 74, 3. VI, 57, 5. X, 36, 3. XII, 16. XV, 10. XXXII, 11. cet. ἀδηρίτως III,

93, 1. (Plut.). Ἀμφιδήριτος Thucydidi et Polybio commune est vocabulum IV, 33, 8. XXXV, 2, 14. Kr. Thuc. IV, 134, 1. ἀμφήριστος V, 85, 6. ἄπλετος (Biel 170) in Xen. An. occurrit IV, 4, 11. v. ib. Krüg. Pol. I, 50, 3. ἄπλετος θόρυβος III, 92, 8. cl. 100, 8. IV, 75, 1. ἤθροισε λείας ἄπλετον πλῆθος. i. q. παμπλήθους λείας κρατεῖν II, 33, 8. cuius loco usurpat ἀμύθητον II, 26, 5, ἀναρίθμητον (III, 42, 2. IV, 75, 7). Ἄφατον XV, 28, 1. Ἀτέραμνος IV, 21, 4. ἀγέρωχος, -ως II, 8, 7. cl. X, 35, 8. (Biel p. 9.) εὔμορφος· XXXI, 4, 2. εὔσημος X, 44. (Biel 665. 672.) ἀτρεκής I, 4, 9. -ῶς III, 38, 1. (Plut. Ellendt Arr. An. T. I. praef. p. XLIX. II, p. 358 sq.) ἀτενής (Ep. Pind. Plat. Dion. Hal. Luc.) XVIII, 36, 9.

εὐμαρής adj. poëtarum et serioris aevi scriptorum fuisse videtur, quum et adv. εὐμαρῶς et subst. εὐμάρεια praeter poëtas etiam apud Platonem occurreret (Herm. Luc. q. h. s. c. p. 225. Jacobitz Luc. Tox. p. 139) II, 58, 4. III, 6, 9. IV, 77, 2. V, 33, 6. VI, 3, 2. 48, 4. 53, 9. VII, 14, 1. VIII, 4. 10, 3. XI, 25. XXIX, 7a. XXXVII, 4. εὐμαρῶς VIII, 5, 4. IX, 30, 8. X, 4. Adi. τρανής apud Polybium me legere non memini: adv. τρανῶς extat IV, 78, 4. (Plut. Dem. 15, 21). δίχα praeter certissima Reiskii emendatione Polybio restitutum est pro δία (Jac. Ach. Tat. p. 488) XXX, 5 (p. 1053, 3) cf. Ellendt Arr. T. I. p. 277. — Συννεφής IX, 16. (Eurip. Bähr. Plut. Philop. p. 9 sq. Biel 384). Ἀγχιβαθής quod Plut. frequentat semel legi IV, 41, 6. αἰχμάλωτοι dicuntur etiam res, plerumque quidem urbes vel naves I, 23, 7. 28, 7. 61, 8. 29, 1. XVI, 26, 9. XVII, 2, 2, rarius γράμματα (litterae interceptae) XXX, 8, 7. 10, 10. v. Plut. Brut. 6. Pers. 23. Mätzner Lyc. Leocr. 72, p. 206. Held, Plut. Aem. P. p. 269. Ekker Plut. Cim. p. 119. δοριάλωτος

XXIV, 8, 6 (p. 975, 21) XXV, 9b, 4. δορίκτητος XVIII, 34, 4. [de scribendi ratione v. Lob. Aj. p. 160. cl. Biel 426. Ellendt Arr. II, p. 365 sq. Baiter Isocr. Pan. p. 112]. Ἐκηβόλος telorum est epitheton XIII, 3, 4. πανώλεθρος voc. est poëticum et Herodoteum XXV, 20, 8. ὁμέστιος IV, 33, 5 occurrit etiam in Aristophanis frgm. M. C. Gr. II, 1189, 58. v. Δωσίδικος etiam ab Herodoto usurpatum IV, 4, 3 ex Suida restitutum est pro δοσίδικος, quod tamen nescio an defendi possit v. Lob. Phr. p. 770. Δωροφάγος vocabulum Hesiodeum coniunctum cum v. δωροδόκος legitur VI, 9, 7. V. Ἠλίβατος ne Xenophon quidem sprevit: Kr. Xen. An. I, 4, 74. Pol. IV, 41, 9. Συνίστωρ qua voce Thucydides quoque in sermone utitur altiore Polybio nil nisi conscius, testis, est: XXVIII, 17, 13. XXX, 8, 1. Biel 383 V. Ἀντίπαις adultus (Bähr. Plut. Philop. p. 4) XV, 33, 12. XXVII, 13, 4. apud comicor frequentis fuisse usus traditur a. Poll. 1, 9, cf. M. C. Gr. 4, 680 (311b.)

χρυσόστεφανος XXXI, 3, 6; eiusdem formae sunt χρυσοφάλαρος XXXI, 3, 6. 7. ἀργυροφάλαρας ib. 3, 6. χρυσόπους ἀργυρόπους XXXI, 3, 18. ἀργύρασπις V, 79, 4. XXXI, 3, 5. χάλκασπις II, 66, 5. IV, 67, 6. 69, 4. XXXI, 3, 5. (v. Held Plut. Aem. P. 18. p. 216. adde Sull. 16. Schöm. Cleom. p. 244. Ellendt Arr. II, p. 384). Vb. σαίνειν blandiendi sensu Pindaro Aeschyloque familiare Polybii demum temporibus in ora hominum rediit; v. Schwgh. ad I, 80. XVI, 24, 6.[2]) Blomf. Aesch. Theb. 379, cl. Prom. 860. Idem valet de v. γεφυροῦν. Pind. Isthm. 7, 51 γεφύρωσε δ' Ἀτρείδαισι νόστον „munivit Atridis reditum per mare". Pol. I, 10, 9 ἐᾶσαι Καρχηδονίους οἱονεὶ γεφυρῶσαι τὴν εἰς

[2]) Dignus est qui adscribatur locus XVI. 24, 6: οὓς ὁπότε μέν τι δοῖεν ἔσαινε, ὅτε δὲ μὴ δοῖεν ὑλάκτει.

Ἰταλίαν αὐτοῖς διάβασιν. III, 66, 6. cl. XVI, 29, 11. XXII, 20. Τῆς ὥρης ἤδη συναπτούσης tempus exit Pindaricae originis est. (Böckh Pind. Pyth. IV, 247 p. 278.) X, 40, 2. cl. II, 2, 8. 54, 13. IV, 27, 1. VI, 36, 1. cl. XVII, 7, 3. 9, 2. συγκλειούσης ἤδη τῆς ὥρης. Παλαίειν συμφοραῖς II 56. (v. Dissen Pind. Pyth. IV, 290 p. 250) eadem prosopopoeia dictum est qua πόλεμον ἐγείρειν XV, 1, 2 (Krüger ad Thuc. I, 121, 1. p. 137). Αἰκάλλειν V, 36, 1 in libris A (B) servatum est; vid. ib. Schwgh. p. 189. XVI, 24, 5. Schöm. Plut. Cleom. 2, 3. p. 177 sq. Babr. 50, 14. Κραδαίνω VI, 25, 5. (Plut.; Dion.; Biel 233) ἱμείρω I, 66, 8. IV, 74, 3. ἱμείροντες. XIV praef. (772, 10) ἱμείρουσι. cfr. 84. XXXIX, 1a (p. 1159, 5). Κιρνᾶν qua praeter poëtas Herodotus quoque usus est forma habes IV, 21, 3. Biel 201. κορωνιᾶν elato incedere capite XXVII, 3, 6, v. ib. Schwgh. p. 603. χαυνοῦσθαι. VI, 57, 7. XVI, 21, 22. Biel 584. Westerm. Plut. Sol. p. 42. Babr. 77, 8 καρδίην ἐχαυνώθη Verbo οἰακίζειν Herodotus quoque usus est: Pol. III, 43, 4. VIII, 8, 2. Biel 407. — Μυχθίζειν XV, 26 (p. 808, 3). Biel 374. Toup. ad. Theocr. 20, 13. p. 402. Hdf. (Heinr. Juv. 6, 306. p. 348. Jahn. Pers. I, 58. p. 93. Hdf. Hor. sat. I, 6, 5. Schmid Hor. ep. I, 19, 41). — φοιβάζω non ut alias caussativa usurpatur notione sed intransitiva „divino spiritu afflatum esse“. Cui quum accusatiuus quem aiunt complementi addatur idem fere est atque mente lymphata praesagire: ταῦτα ὁ Δημήτριος ὡσανεὶ θείῳ τινὶ στόματι πεφοίβακεν XXIX, 6c. (p. 1042, 5.) cf. Lob. Aj. p. 190. cf. 389. Significat i. q. φοιβᾶν in V. T. Biel 552. Σπαταλᾶν Theanus vocabulum extat XXXVII, 4 (p. 1149, 27) (Biel 303. N. T. σπαθᾶν Plut. Per. 14). ὀττεύεσθαι I, 11, 15. XXVII, 14, 5. XXX, 2, 1. XXXVI, 5, 2. fr. 151. ἀντισηκοῦν XXIX, 6d (Blomf. Aesch. Pers. 443.) Ab adi.

δολοφόνος (Aesch. Ag. 1100) derivatur δολοφονεῖν quo verbo post Demosthenem usus est Polybius II, 36, 1. IV, 48, 8. V, 40, 6. XXXII, 21. Plut. Per. 10, 4 sp. Δολοφονία apud Aristot. et Pol. (VI, 13, 4.) occurrit. Ab adi. δύσποτμος manavit δυσποτμεῖν quod Suidas ex Polybio laudat. XXXIII, 15a. Νήχομαι III, 84, 9. et ἐκνήχομαι XL, 3.

Ἀνατρέχειν τοὶς χρόνοις I, 12, 6. II, 14, 1. 37, 7. 42, 1. sq. XXXIX, 1b. Pindarica est formula, v. Dissen. ad ol. 8, 54. p. 104. Huc denique referas αἷμα ποιεῖν XV, 33, 1 (Liv. II, 30, 15.) Eur. Or. 406. 1140.

Quoniam semel poëtica apud Polybium tractare coepi, rei ccnsentaneum esse videtur etiam de formis quibusdam orationis poëtarum propriis hic disserere quorum infra idoneus vix inveniatur locus. De versibus poëtarum nulla de causa in narrationem immixtis iam supra monui. Caussas quibus maxima pars eorum quae iam tractabo poëticae orationi tribuenda est observare licet potissimum duas: prosopopoeiam dico et comparationem. I, 5, 3 αἰτία ἐπιζητεῖ αἰτίαν. III, 110, 1 καλεῖ τὰ πράγματα μάχεσθαι. IV, 64, 8 τὸ τῶν Αἰτωλῶν φρόνημα συμπεφευγός εἰς τὰς πόλεις ἦγε τὴν ἡσυχίαν. IV, 8, 7. τροπαίων ἐπ' αὐτὸν βλεπόντων ἐπλήρωσε τὴν Πελοπόννησον. IV, 17, 12. σπεύδουσι τὴν θρέψασαν ἄρδην ἀπολέσαι IV, 17, 12. πολέμιοι τῆς θρεψάσης XI, 28, 6. ἀντιβαίνει τὸ χωρίον solum fodientibus resistit V, 100, 3. λαβὼν σύνεργεν τὴν ἀγριότητα τὴν Χαριμόρτου καὶ τὴν μέθην ἄρδην ἐξετοιχωρύχησε τὴν βασιλείαν XVIII, 38, 2. Quaedam alia iam antea indicavi. Paulo divergit VI, 10, 3. ξύλοις θρῖπες καὶ τερηδόνες συμφυεῖς εἰσι λῦμαι. Τετράπους λεία I, 29. 7. IV, 75, 7. IX, 6 quocum Sophocleum εὔκερως ἄγρα contuleris. Adi. enim quod pertinet ad pecora quibus praeda con-

stat ad ipsam relatum est praedam. (Plane autem inversa ratione atque quam hucusque obtinere vidimus explicandum est ἡγεμόνων τινὲς τῶν τὰς μεγίστας χώρας ἐχόντων ἐν τοῖς μισθοφόροις. I, 43, 1. καταλείπεται αὐτοῖς τόπος ἐλέους. I, 88, 2. χειροποιητοὺς καί ψευδεῖς αἰτίας ἐπιφέρειν. V, 41, 3.) τὸ κατ' ἀληθείαν γεγονὸς ἐν ταῖς ἑκάστων γνώμαις ἐπεσφραγίσθη. Exc. Esc. XV, p. 2, 11. Quibus iam transitus ad alteram partem paratus est. Διάπυρος ἵμερος X, 32, 7. (Bähr Plut. Alc. p. 164.) εὐνοίας αἴθυγμα IV, 35, 7. μάλιστα τοῦ πάθους κατὰ τὴν πόλιν ὡσανεὶ φλεγμαίνοντος III, 86, 6. συνέβη τὴν παροῦσαν αἵρεσιν οἷον ἐκλάμψαι κατὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς XXXVIII, 11. Nescio an huc referam λαμπρὸς ἄνεμος I, 44, 3. λ. καὶ φορός 60, 6. (Dorv. Char. p. 114. Leop. Plut. Sert. p. 421. Sint. Plut. Them. 14, 14. p. 98.) Malim explicare eadem ratione atque μάχη λαμπρὰ I, 45, 9. X, 12, 15. quam de sibilo (Winckelm. Plut. Erot. p. 231). Ventus dicitur ῥεῖν. v. Schw. ad I, 60, 6. Ἡ τύχη ἐπὶ τὴν σκηνὴν (ἐξώστραν) ἀνεβίβαζε τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν XI, 5, 8. XXIV, 8a, 1. XXIX, 7, 2. cl. III, 91. 10. XIV, 4. (ἐκ) κυβεύειν τῷ βίῳ, τοῖς ὅλοις I, 87, 8. II, 63, 2. III, 94, 4. cfr. 14. (Sauppe ad Plat. Prot. 314 A.) ταῖς τοῦ συμφέροντος ψήφοις μετρεῖν τὰς ἔχθρας II, 47, 5. κύτος interior urbis pars cui opponitur προαστεῖον V, 59, 8. Poëticum quendam colorem habet Τὸ τῆς πατρίδος ἔδαφος quod in altiore sermone etiam Attici usurpabant: I, 65, 4. III, 2, 2. 1, 18, 5. XV, 6, 6. 7. 3. (Mätzner Lyc. Leocr. p. 324. Din. p. 146.) τὰ δ' ἐδάφη κληρονομοῦσι τῶν ἠτυχηκότων IX, 39, 3. [εἰς ἔδαφος καθεῖλεν, κατέσκαψεν IV, 64, 10. 65, 4. V, 9, 3. 10, 6. (Arr. An. I, 9, 9). Jacobs Ach. Tat. p. 742. Ellendt Arr. T. II. p. 221.] Νέφος de infortunio imminente: V, 104, 10. IX, 37, 10. XL, 3, 3. cf. Od ω, 317. Il. P. 243.

591. Σ, 22. Pind. Nem. X, 16. cet. (Λίθων πλήθη καὶ μεγέθη συνηθροίκεισαν X, 30. (672, 23.) nobis insolentius dictum videtur quam Graecis.) In universum iam nunc notandum est Polybium quam maxime in deliciis habere usum comparationum. Item quae de adiectivorum usu dicenda sunt infra proferam. Quae modo collegi poëticae plerumque dictionis exempla plurimis aliis augeri posse ipse persuasum habeo. Fines enim non facile describuntur. v. IX, 37, 10.

Miro quodam modo comparationis oblitus est I, 20, 5. τῶν Καρχηδονίων ἀκονιτὶ τῆς θαλάσσης κρατούντων cf. Par. Gr. I app. III, 42. ἐκ πόντου κόνιν κυλινδεῖς. Neque tamen probo quod quondam conieci ex librorum A(B)DE scriptura ἀκονητί Polybio restituendum esse ἀπονητί. v. Dorv. Char. p. 33.

Praeter haec vocabula ab antiquis plerumque poëtis desumta multa in libris Polybianis antehac non usurpata occurrunt. Quorum quae sunt genera in universum breviter describam. Ac primum quidem quum Polybius sermone uteretur vulgari et qui aequalibus quoad fieri posset esset perspicuus multa quae singulis artibus erant propria vocabula primus protulit et ad nostra usque tempora servavit. Quarum maxima pars haud dubie diu fuit in ore hominum sed P. primus mandavit litteris. Quaedam una cum rebus antea ignotis in Graeciam illata sunt, quibusdam graecarum institutionum nomina indiderunt, quaedam etiam ut illorum nomina vocabulis redderent Graecis, recens formarunt. Quo praecipue referam magistratuum institutionumque Romanorum nomina. Denique non desunt quae artibus magis magisque excultis in ipsa orta sunt Graecia. Itaque iamiam ad alteram pervenimus partem

dico copiam vocabulorum deflorescentis atque senescentis linguae aetate recens natorum et in usum hominum receptorum. Nomina magistratuum imperiorum institutionum Romanorum partim servata sunt partim Graecis vocabulis expressa. Polybius Graeca Plutarchus Latina praefert.

Composui deinde nomina magistratuum imperiorumque Romanorum quae apud Polybium extant cum iis quibus usus est Plutarchus.

Quodsi nemo dubitabit quin Polybius utpote Romanis perpetua consuetudine coniunctus, latine doctus fuerit iam quaeritur num tantum eorum linguae tribuerit ut quae eius erant propria, sermoni patrio obtruserit. Ac vulgo quidem contendunt ut Plutarchum (Bähr. Philop. p. 139 extr. Ekker Cim. p. 52) ita Polybium hac in re satis libere versatum esse. Atqui modo vidimus eum vel nomina institutionum rerumque Romanarum quantum fieri potuerit graecis expressisse vocabulis. Quamobrem cautissime ut versemur tali in disquisitione docemur. Nam in linguis praesertim quae sunt eiusdem originis qualis Graeca et Latina saepe eadem cogitandi ratione similis dicendi forma existit. Credisne fuisse qui κακῶς ἀκούειν (III 94, 8) τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ ῥέπειν ὥστ' ἐδύναντο (I, 31, 5. sp.) λόγος αἱρεῖ ratio evincit VI, 5, 5 tamquam e Latina lingua desumta afferrent? Quod Brandstäterus Polybio accidisse putat ut milites Romanos (in oratione obliqua) diceret nostros, de eo scit ipse Polybium dicturum esse τοῦτ' ἐστι καὶ λίαν εὐηθές. Quis enim nescit Polybium saepe orationem directam et indirectam in uno eodemque enuntiato coniungere? Exempla quae multo majorem admirationem iniiciant infra afferam. Sed ἡ καθ'

ἡμᾶς θάλασσα mare nostrum ex usu Romanorum dictum est I 3, 9. III 37. XVI, 29. v. Heinr. ad. Juv. p. 192 Graecorum erat ἥδε ἡ θάλασσα, v. Wyttenb. Sel. hist. p. 345. Attamen non magis inter latinismos referam quam καταγράφειν στρατόπεδα, ναύτας I 49, 2 II 8, 13. 22, 8. 23, 8. III 75, 5. 106, 5. cl. III 40, 3. VI 19, 5. Etiam ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν οἰκίαν ἀναβαίνειν X, 4, 6 Romanorum sequitur consuetudinem. Nam Latine dicitur in forum descendere (Bentl. Hor. ep. I 20, 5. Liv. III 18, 4), graece εἰς ἐκκλησίαν, δικαστήριον ἀναβαίνειν (Mätzner Ant. p. 261) Plut. Mar. 11, 7: κατιέναι ἐπὶ τὰς ἀρχαιρεσίας. Subditi erant non solum Romanorum socii, σύμμαχοι ut Schweigh. (ad I 40, 1 p. 256) putat sed Atheniensium quoque belli Peloponnesiaci temporibus. ἔργα opera (Belagerungswerke) I 30, 5. 38, 8. 59, 10. V, 3, 6. 71, 3. 6, 7 cet fortasse a Romanis desumtum est: nec tamen credo. Nonne etiam nostrates eadem significatione dicunt Werke? Κατεγγυᾶν despondere sibi aliquid ut Ernesti observavit est in se recipere III 5, 8. Num ἐνδεδεμένοι εἰς τὴν πίστιν τινός in fidem alicuius adstricti VI, 17, 8. X, 34 cl. XX, 11, 10 huc pertineat magnopere dubito. Magis prae se fert Latini sermonis speciem δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὴν πίστιν τινός in fidem ali cuius se tradere, committere III 30, 1. V, 50, 8 ἐγχειρίζειν XX, 10, 2 (cl. XXI, 1, 4. 2, 10) v. XX, 9, 12 (p. 905, 11) παρὰ δὲ Ρωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό τε εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτὸν τῷ κρατοῦντι. Inde vides, de latinismo nec cogitandum esse (v. II, 11, 10 λαμβάνειν εἰς τὴν πίστιν) Atti cieandem sententiam ut exprimerent dixerunt (παρα) δοῦναι ἑαυτόν τινι χρήσασθαι ὅτι βούλεται. Kr. ad Thuc. II, 4, 4 Arr. An. III, 2, 7. Ellendt Arr. III 23, 16

p. 333. Fritzsche quaest. Luc. p. 128. Ἀπολέγεσθαι ἀρχὴν fortasse originem duxit a formula Latina abdicare magistratum. (Fr. 37.) nisi potius est recusare ut Plut. Sol. 12, 7. Προσέχειν λιμένα comparari potest cum Latinorum dicendi forma tenere portum; nec tamen idem est. v. Schwgh. ad II, 9, 2 p. 361. i. q. προσέχειν κατὰ-XXXIII, 7 κατέχειν εἰς λ. (Held Plut. Tim. p. 354) I, 25, 7 cet. vel ἔχειν c. dat. coni. Kr. Th. I, 110, 2. cf. Schw. T. VIII, 2 p. 530. Bekkerus addere mavult πρός. Sed nescio an haec dicendi forma fuerit ex nautarum usu. Simili dixerunt brevitate κάμπτειν ἀκρωτήριον I, 25, 8. 39, 5. 54, 1. 6. i. q. κ. περὶ τὸ ἀ. I, 21, 11. v. Diod. XIII, 67.

Quae reperi latinae linguae vestigia vides pauca esse et quorum insuper maxima pars sit dubia. Postea non nego multo plura e Latinorum sermone in Graecum esse receptum: v. Buttm. ind. ad N. T. Gr. (s. v. Latinismen.) Neque solum Latine sed etiam Punice scivisse videtur Polybius. Certe quae Hannibal lapidibus inscribenda curaverat ipse se legisse et vertisse profitetur, v. Schwg. ad III 33, 18. Goud. p. 23. Ex aliis linguis desumta vocabula apud Polybium primum occurrere videntur haece. Μανιάκης Polybius ipse Gallicum esse vocabulum significat II, 29, 8. 31, 5; graecum esse et a v. μάννος derivatum autumant grammatici. Coraës ad Plut. Cim. 9. (p. 90 Ekker) e Chaldaeorum מְנִיכָא vel הַמְנִיךְ (Dan. 5, 7. 8. 13) manasse censet. Quod rursus a Zendica lingua derivandum esse, putant: v. Fürst L. Hebr. p. 331. Nobis sit satis lectorem referre ad Lob. path. prol. p. 313. Vb. Γάζα post Pol. (XI, 34, 2. XXII, 26, 21. ib. Schw. XXVI, 6, 9) Diodoro Plutarcho Latinis scriptoribus plerisque usita-

tissimum est. Sive e linguis Semiticis in eas quas dicunt indogermanicas transierit sive quod magis crediderim in utroque stirpe proprium sit et ingenuum vocabulum, e lingua Indogermanica in Graecorum receptum esse usum, docet littera γ. Equidem Alexandri M. expeditione ex Persia in Macedoniam illatam esse puto. Neque aliter sentio de v. ἀρτάβη, v. Böckh metrol. Unt. p. 243 extr. Fortasse etiam Gallorum Cybeles famulorum nomen quod ante Pol. vix occurrit ex oriente originem duxit XXII, 20, 5. Babr. 126, 2. Lob. Phr. p. 273. extr. (Lucr. II 614. Cat.) [Nec prius legitur nisi fortasse apud Hippocratem v. σπάδων XXVIII, 17a extr. σπάδωνα (sed. v. Plut. Dem. 25, 27 σπάδοντα) Lob. Phr. p. 273 extr. Biel. 302]. Num σαμβύκη (Aristot.) graecum sit necne dubitari potest. v. Lob. Paralip. p. 145. Path. Prol. p. 331. Erat instrumentum musicum VIII, 6, 11 (Jahn Pers. p. 196); inde nominata est machina bellica VIII, 6, 8. 10. 6, 2. 7, 8. 8, 6; sambucistria V, 37, 10 κιναίδους ἄγειν καὶ σάμβυκας ib. Schw. p. 190 cl. 444. 455. Haec acc. pl. forma a nom. σάμβυξ derivanda semper usurpatur VIII, 6, 2. 7, 8. 8, 6. — Pro v. ἐλέφαντες plerumque usurpat τὰ θηρία.

[Exposui de artium variarum vocabulis apud Polybium primum obviis. Deinde a Polybio primo usurpata congessi singula nomina substantiva adi. adv., et verba additis semper locis quibus reperiuntur congessi et cum usu Sept. Diod. Plut. Babrii contuli. Verba tamen cum duabus praep. comp. nonnisi per genera descripsi.]

Ῥαδιέστερος serioris aevi est nec ante Hyperid. et Aristot. occurrit. Pol. XI, 1, 1. XVI, 20, 4: cuius formae miror mentionem non esse factam a Lob. Phr. p. 402 sq. Ἀχαϊκωτέρα ὑπόθεσις XXVI, 2, 4. Quod si contuleris

cum iis quarum supra exempla attuli formis Κλεομενιστής Ἀντιοχιστής. (adde μακεδονίζειν XX, 5, 5. 13.) si memineris eorum quae dicit XXVI, 10, 1 (p. 999, 21) δεῖν καλεῖν αὐτόν Ἐπιμανῆ καὶ οὐκ Ἐπιφανῆ διὰ τὰς πράξεις admiraberis puto mecum Dübneri acumen pro inepto φιλοτιμότερον XII, 25a. p. 749, 2 φιλοτιμαιότερον rescribentis nec curabis quae Heysius p. 39, 21 et Cobet. l. l. p. 23 obloquuntur. Ut comparativi et superlativi adv. notiones exprimat Polybius plerumque adhibet neutr. adi. Propriae formationis alioquin non rarae (Krüger. Thuc. I, 130, 2. et II, 35, 2. et IV, 70, 2. Herm. Soph. O. C. 1575. Schöm. Isae. p. 459. Schneider Isocr. 4, 109. Baiter Is. Pan. p. 72. Baiter. ad Bremi Isocr. I. exc. 2. p. 202 adde παρανομωτέρως Andoc.) tria notavi ex Polybio exempla: μειζόνως I, 8, 5. III, 86, 7. 103, 1. ἐπικυδεστέρως V, 23, 2. προσηνεστέρως XXXIX, 1a, 5. Ab adv. in ω derivatur ἐξωτέρω X, 33, 8. πορρωτέρω IX, 20, 6. XVII, 14, 14. πορρωτάτω III, 74, 9. IX, 10, 5. X, 12. 7. XVI, 36, 2. 8. sp. sed etiam (καὶ) πορρώτερον (ἔτι) ut hiatus evitetur V, 34, 8. (Aristot.) Ἀνώτερον apud Atticos rarior forma Polybio est vulgata. ἀνωτέρω occurrit sexiens, ἀνωτάτω bis: ἀνώτερον I, 7, 2. 10, 1. 63, 5. III, 1, 1. II, 41, 3. IV, 2, 7. 50, 3. 83, 1. 84, 2. V, 6, 1. 106, 4. X, 9, 3. 5. XII, 27, 3. XIV, 4. XXI, 9, 12. XXVI, 7, 2. XXVII, 6. XXVIII, 6, 5. 8, 3. XXIX, 9 (bis) XXX, 14. 17. XXXI, 7. ἀπωτέρω IV, 35, 13. XV, 6. περαιτέρω II, 58, 12. Ab ἐγγύς derivat comp. ἔγγιον XVI, 17, 3 et superlativum ἔγγιστα I, 32, 9. 42, 8. 46, 9. II, 3, 1. III, 18, 11. IV, 35, 11. 38, 12. 39, 1. 65, 10. IX, 24, 2. XV, 15, 7. XVI, 16. XXII, 6, 9. XXXIV, 10. Qua forma minus Attica utuntur Antipho (Mätzner p. 197 addubitat: sed nonnumquam Polybium et Antiphontem conspirare vide-

bimus) et Hippocrates. Lob. Phr. p. 296 sq. Extat ἔγγιστα etiam in psephismate subditicio Dem. 18, 165. cf. C. J. 4957, B. 49. Plut. Num. 19, 33 sp. Biel 443. Adi. rarissimum ἔγγιστον invenies VIII, 2, 7. ἐγγίστῳ C. J. 2166, 35. Franz. elem. p. 199, 34.

Convertam me ad alteram etymologiae partem quae est de *flexionibus*.

Nominum in αος des. formae Atticae ut apud omnes qui seriore aevo scripserunt, ita apud Polybium rarescunt: λαός I, 26, 2. λαούς IV, 52, 7. ναός X, 27. XI, 3, 5. νεώς IX, 27, 9. X, 10, 8. ναοῦ IX, 35, 6. νεώ XV, 29, 8. ναόν IV, 18, 10. νεών IV, 35, 2. XL, 11, 1. ναῶν VII, 6, 3. νεῶν XII, 11, 2. (Rsk. ναῶν. Jac. Ach. Tat. p. 629.) ναοῖς V, 59, 4. IX, 27, 9. ναούς V, 11, 4. IX, 6, 3. 30, 2. 35, 6. XVI, 1, 6. 25 sp. νεώς X, 4. XVI, 1, 5. Vix est credibile librarium XVI, 1, 5 Atticam formam servasse, paullo post § 6 immutasse. v. Ellendt Arr. T. I, p. 57. ναούς quod legitur in papyro Hyperid. epit. § 19. Sauppius addubitat nec tamen iure: videtur enim Hyperides ut et ex nonnullis exemplis quae supra attulimus vidisti et infra nonnumquam demostrabitur, non solum in vocabulorum usu sed etiam declinatione a pristina Atticorum puritate iam paullulum recessisse. In inscriptionibus communi dialecto conscriptis quae ad illa tempora pertinent forma Attica prorsus non videtur occurrere: ναῷ 4697, 43. ναὸν 16. 41. 42. 52. 4713f, 3. cet. ναῶν 4697, 42. ναούς ib. 42. cet. — κάλους VI, 44, 6. Atticam formam λαγώς servavit XII, 3. (nom. sing. p. 725, 34. 726, 3. acc. pl. 725, 30), quum Arist. Plut. alii in quorum numero est Babrius Ionicis utantur formis. λαγωός cet. Lob. Phr. p. 187. Herm. Luc. q. h. s. c. n. crit. p. 16. Babr. 87, 4. 110, 2. 102, 10. 69, 1. 78, 1. 25, 1.

Nomina in εως in sing. num. ab Attica forma raro recedunt: ἀξιόχρεων II, 46, 3. III, 5, 8. 18, 1. 117, 9. V, 6, 4. ὑπόχρεων IV, 51, 2. XXVII, 6, 12. ἵλεων XXXII, 25. n. pl. ἀξιόχρεοι XI, 20, 6. κατάχρεοι XIII, 1. ὑπόχρεοι XXII, 2. IX, 29, 7. ἀξιοχρὲους IV, 23, 3. sed ἀξιόχρεως I, 53, 10. II, 40, 1. X, 15. XI, 16, 7. (ἀξιόχρεα I, 19, 1.). Quod legebatur I, 30, 5. πόλιν ἀξιόχρεω ferri posse negantes in ἀξιόχρεων mutarunt, nescio an non iure. Nam similium formarum exempla habes ap. Herm. Luc. q. h. s. c. n. cr. p. 16. Lob. Phr. p. 186. Held Plut. Aem. P. p. 13. Winckelm. Plut. Erot. p. 102 extr. Inconstantiam autem in Polybio non offendere vidisti. Nec aliter censeo de loco qui est I, 38, 1. νομίσαντες ἀξιόχρεως εἶναι. Rsk. ci. ἀξιόχρεῳ. Sed ut omittam hanc formam apud Pol. occurrere nusquam, v. XVI, 6. III, 2, 6. II, 18, 6. [quo loco cur Bekkerus nominativum restituere voluerit, nescio. v. Lob. Phr. p 750 n. 704 sq. Ai. p. 296. Krüger ad Thuc. VII, 34, 4. Fritzsche quaest. Luc. p. 101 sq. Ellendt Arr. II, p. 461. Schöm. Plut. Cleom. p. 207.]. Nominativus vel ob hiatum quem facili opera evitare poterat reiiciendus est. Aliae formae ab usu Atticorum non recedunt.

Subst. πρεσβευτής apud Atticos in plur. num. formas v. πρεσβύς mutuas sumit. (Buttm. p. 233, ed. Lob.)

Polybius hanc sequitur rationem ut alteram formam non minus saepe quam alteram usurpet, in nom. autem breviorem, in gen. dat. longiorem praeferat. Nonnunquam in eodem vel proximo enuntiato alteram repetit formam. Lob. Phr. p. 762 ext.: II, 19, 9. III, 11, 1. 2. V, 67, 1, 3. XXVI, 7, 5. — Similiter v. υἱός partim tertiam partim secundam declinationem sequitur. Lob. Phr. p. 68 sq. cl. Kr. Thuc. I, 13, 5: υἱοῦ υἱόν υἱοί υἱῶν; in

acc. pl. Attici praetulerunt υἱεῖς. (Lob. Phr. p. 69. Weber Dem. Ar. p. 513. Mätzner Lyc. p. 175.) V, 56, 14. X, 26. Pol. υἱούς III, 20, 3. 98, 1. V, 76, 4. IV, 9, 5. VI, 54, 5. XVI, 19. XVIII, 24, 10. XXIII, 18, 10. XXIV, 8, 8. 12. XXXI, 12. XXXVI, 2. XXXVII, 3. XL, 5, 6. — Acc. sing. n. pr. in ης quae tertiam sequuntur declinationem saepe desinit in ην et η. Kr. Dion. p. 6 et 289 sq. v. quae Franz. elem. epigr. p. 233 ex inscriptionibus attulit exempla genetivi simili metaplasmo formati. [Sequ. expl. Pol.]

Voc. ὦ Δεινοκράτη XXIV, 5 (p. 973, 8) cf. Franz. elem. epigr. p. 233. — Notabis accusativi formam χάριτα XXIII, 18, 4 bis etiam in N. T. libris obviam. Vides quantopere Polybius ab Atticorum consuetudine desciverit, quamque sit ineptum si quis morbo Batavo laborans Atticas ei obtrudere formas conatur. Nam et tempore multum ab illis distat et sermonis qualis in ore hominum erat speciem refert.

Τὰς κλεῖς XXVIII, 13. ὀρνέων VII, 15, 8. ὀρνίθων I, 58, 7. ne te morentur facit Babrii fabula 72. quippe cuius v. 7. ὀρνίθων (ut 124, 18). 21. ὀρνέων (ut 33, 11. 124, 9.) utrumque metro firmatum legatur. [Qua occasione data notabo Babrium accusativo uti ὄρνεις 17, 1. 27, 6. dat. ὀρνέοις 123, 5. Simili inconstantia dixit ἅλωνα 11, 9. ἅλω 34, 2.]. Acc. pl. subst. in εύς des. contrahitur in εῖς. Invenies igitur sexcenties ἱππεῖς βασιλεῖς στροφεῖς (XII, 16) γονεῖς ἱερεῖς υἱεῖς; Σελγεῖς Βαλιαρεῖς Πριηνεῖς Μαντινεῖς Χαιρωνεῖς Λεβαδεῖς Δαλματεῖς Φανοτεῖς Μυλασσεῖς Λυσιμαχεῖς Σολεῖς Εὐρωμεῖς Δαρδανεῖς Κρηταιεῖς Πατραιεῖς Φαραιεῖς Παλαιεῖς Θεστιεῖς Ἰλιεῖς Δημητριεῖς. cet. sed Χαλκιδέας XXI, 14. Φωκέας XVIII, 29. 30. συγγραφέας X, 21. XII, 10, 4. 26c. 24, 1. XVI, 14, 6. συγγραφείς certe non adnotavi. ἱππέας XIV, 8, 3. (cl. 8, 8.

ἱππεῖς C. J. 4697, 25.) XV, 9, 8. XVI, 19. ἱερέας XVI, 31. XXXIV, 2. (?). ἱερεῖς XVI, 25. 33, 5. sp. C. J. 4697, 40. 50 γονέας XL, 9, 3. γονεῖς I, 72, 5. VI, 4, 5. VII, 8, 9. 10, 18. XXXVII, 1a. Hyp. Eux. p. 5, 3. βασιλέας IV, 34, 5. 36, 1. XVI, 34. XXIX, 6c. (bis.) (βασιλεῖς septies in uno libro V occurrit. C. J. 5127 B, 27. Babr. 95, 65.). Ἡμίσεις forma usitata est, ἡμίσεας si recte observavi semel legi. XII, 21, 5. (Ellendt Arr. I, p. 285.) sed in neutro nonnisi ἡμίσεα usurpatur. Formas igitur contractas inde ab Isocratis et Demosthenis aetate (Weber Dem. Aristocr. p. 492. 513. Mätzner Lyc. Leocr. p. 175. 243. 350. Bremi. Isocr. I, exc. 2. p. 200.) hic illic usurpatas apud Polybium longe vides obtinere. Minus constanter contraxit acc. pl. nominum in υς des. ὗς XXXIV, 8. τὰς ἴτυς I, 22, 10. (Krüger. Arr. An. p. 166). sed Λίβυας III, 72, 8. 87, 3. 113, 9. 115, 8. V, 65, 8. XI, 22, 2. sp. ἰχθῦς non videtur esse Polybii (XXXIV, 10.) sed Athenaei [de forma ἰχθύας Babr. 9, 6. v. Krüger. Arr. p. 206. Cobet v. l. p. 41. extr.] ἄρκυς XV, 21, 6.

Nom. in ας des. quae in casibus obliquis ab Atticis litt. τ omissa contrahuntur non minus apud Polybium quam apud posteros inde a Xenophonte pleniorem formam plerumque servant. [κνέφατος VIII, 28, 10. Babrius cum Polybio consentit.] Vb. ναῦς praeter Atticam genetivi formam νεώς habet etiam insolentiorem νηός XVI, 15, 2.[3]) Nom. pl. usitatissimus est αἱ νῆες. Sed αἱ ναῦς I, 61, 6. V, 35, 11. non temere cum Bekkero reiiciendum est. Acc. τὰς ναῦς et Atticis et Polybio vulgatus est. Nec tamen sprevit τὰς νῆας I, 53, 1. III, 96, 4. 7. V, 2, 4. 17, 9. 103, 5. VIII, 36, 12. X, 17, 12. XIII, 4, 1. XIV, 2, 2.

3) Quam formam Hercher. ex Ach. Tat. eiecit, praef. p. XX.

10, 10. XXXIII, 11, 6. Lob. Phr. p. 170. Ellendt Arr. I, p. 216. sq.

Magis etiam quam vidimus in substantivorum formatione in verbis flectendis Atticorum consuetudinem neglexit. Priusquam autem ad singula transeamus refutanda est opinatio Brandstaeteri autumantis Polybium saepe male sonantibus uti formis. Sed quid Graecis male sonaverit quid non, quis est qui ex nostra ratione diiudicet? Si Brandstaeterus qui saepius quae specie sunt ingeniosa, captans nubem pro Iunone amplectitur[4]) Lobeckii de praeceptis euphonicis dissertationem inspexisset — prima est in primo vol. paralip. Gramm. Gr. — ipse puto quam parum probabilis esset sententia sua intellexisset. Polybius multis utitur compositis quae cum flectantur nostris auribus displicent. Quod praecipue valet de perfectis cum horum tum plurimorum aliorum verborum, quibus Polybius mirum quantum delectatur: vix enim est verbi forma quae et longitudine et syllabarum repetitione et gutturalium concursu aures nostras facilius offendat. V. modo κεκυκλωκότες III, 116, 19. προσπεπληρωκώς III, 95, 2. πεπραξικοπηκότος II, 46, 1. cet. v. Lob. Paral. p. 8.

Quum per se pateat in historiarum libris quales sunt Polybiani imperativo vix alias locum esse quam in foederibus afferendis (de orationibus enim supra egimus) in his autem etiamsi ex alia lingua transferantur ex re esse ut antiquitatis quaedam species et quasi color servetur consentaneum est ut imp. 3. p. pl. forma longior unice

4) Ne acerbius quam verius dicere videar, en tibi exemplum. „Tritt irgendwo eine Flucht der Römer ein, so vermisst man nicht leicht das vermittelnde μὲν, worauf bald ein triumphirendes δὲ folgt.“ p. 10. n. 54.

usurpetur v. Kr. Th. I, 34, 1. (παρ)ἐχέτωσαν καταγέτωσαν ἀποτρεχέτωσαν ποιείτωσαν βοηθείτωσαν πλείτωσαν ἀδικείτωσαν ἐνοικοδομείτωσαν ἐννυκτερευέτωσαν προςλαβέτωσαν ἀποδιδότωσαν ἀποδότωσαν ἀντικαθιστάτωσαν ἀποκαταστησάτωσαν ποιείσθωσαν προκαλείσθωσαν ἀπεχέσθωσαν ὑποδεχέσθωσαν [δειξάτωσαν χρησάσθωσαν Hyperid.] 3. p. pl. plprf. Attici quos sequitur Lucianus formarunt in εσαν, Polybius et Plutarchus nonnumquam in εσαν, longe saepius in εισαν, Diod. ut videtur semper in εισαν. Lob. Phr. p. 149. Iacobs Ach. Tat. p. 400. 622. Mätzner Ant. p. 10. n. cr. Iacob. [Luc.] Tox. 30. p. 105. Ellendt Arr. II, p. 77. sq.: Ἀνακεχωρήκεισαν I, 17, 6. προσεπεχωρήκεισαν V, 77, 2. ἐκεκρατήκεισαν III, 39, 4. ἐνενεύκεισαν IX, 5, 5. ἐτετεύχεισαν XXXVII, 6. ἐνεπεπτώκεισαν I, 31, 1. ἀπεγνώκεισαν III, 118, 5. ὑπεστάλκεισαν X, 33, 3. ἀπεστάλκεισαν XXIII, 11. XXV, 2. XXXI, 21. ἐδεδώκεισαν III, 30, 1. ἐγεγόνεισαν I, 71, 7. III, 103, 4. ἀπολώλεισαν I, 28, 11. εἰώθεισαν XXX, 14, 1. συνηθροίκεισαν X, 30. ᾔδεισαν XVIII, 26. XXX, 4. συνῄδεισαν XII, 9, 6. — Συγκεκινδυνεύκεσαν I, 68, 12. ἀποκεκλείκεσαν I, 73, 3. συνεπεφεύγεσαν XXXVI, 5. ἀνακεχωρήκεσαν XXIX, 10. μετειλήφεσαν I, 61, 3. ἐξεληλύθεσαν III, 15, 1. εἰώθεσαν VI, 20, 9. ᾔδεσαν II, 27, 8. IV, 47, 7. sp. ᾔεσαν et simpl. et in comp. semper.

In 2. p. sing. vb. δύναμαι habet formam contractam δύνῃ antehac poëtis tantum usurpatam VII, 11, 5. XXIV, 5, 12. Lob. Phr. p. 359. Kr. Spr. II. § 36, 2, 1.

[Agitur de terminationibus optativi deque augmenti usu Polybiano.]

Videbis formas Atticas praevalere in 3. p. sing. sed in 3. p. pl. si exceperis πράξειαν I, 10, 5. et κρατήσειαν in frgm. inc. 110. ni fallor semper occurrit forma αιεν.

Augmentum plusquamperfecti saepissime omittitur. (Priores indicavit Buttm. p. 318. Haackh. Thuc. V, 14. Engelhardt Plat. Apol. p. 162. Böckh. Min. p. 60. Scheibe. praef. Isae. p. IX. Bähr Plut. Flam. p. 129. Held Plut. Aem. p. 25. n. 11. Kraner Phoc. p. 58. Iacob [Luc.] Tox. p. 68. 99. Iacobitz Tox. p. 27. 40. Ellendt Arr. T. I. p. 284. cl. 280. 313. Dorv. Char. p. 553. cl. 448. Lips. Brisson. Eunap. p. 304. 587. Schäfer Long. p. 380. 426. Longum semper augmentum omisisse citius quam verius autumavit: nam si sequeris Hercheri editionem et Longus et Ach. Tat. augmentum semper retinent. Sed nescio quo iure ipse Hercher. coniecerit δεδόρκει Ach. Tat. p. 199, 29. Legem aliquam consuetudine firmatam extitisse verisimile fit ex Babrio qui in augmento et addendo et omittendo cum Polybio prorsus consentit nisi quod dixit λέλυτο 23, 9. Sed quum haud dubie fuerit euphonica difficillima erit indagatu.) παραγεγόνει XXI, 12, 8. XXXIII, 16, 2. ἐγεγόνει cum variis praep. comp. fere quadregies. κατακεκοσμήκει III, 114, 1. ἀνακεχωρήκει I, 17, 6. XXIX, 10. προςκεχωρήκει V, 77, 2. παρακεχωρήκει IV, 5, 1. συμπεφωνήκει XV, 29. διατετηρήκει V, 43, 2. τεταλαιπωρήκει III, 60, 3. συγκεκινδυνεύκεσαν I, 68, 12. ὑπερπεπαίκει XIV, 5, 14. ἀποκεκλείκει I, 73, 3. ἀπολελοίπει V, 6, 4. ἀπελέλειπτο IV, 87, 8. ὑποπεπτώκει III, 54, 2. sed ἐνεπεπτώκει I, 31, 1. III, 102, 4. V, 18, 5. XXXI, 24. XXXII, 11. ἐπεπτώκει III, 99, 8. διαβεβήκει XVII, 12. extr. συμβεβήκει VII, 3, 6. συνεβεβήκει III, 103, 4. X, 36. προεβεβήκει III, 44. ἐμβεβλήκει XXIX, 1 f. προενεβεβλήκει III, 82, 8. διεβέβλητο I, 52, 2. XVI, 39, 2. παρακεκλήκει XXVII, 3. ἐξεκέκλητο IV, 57, 4. ὑποπεφεύγει XVI, 19. ἐπεφεύγει XXVI, 5. συνεπεφεύγει XXXVI, 5.

πεποίηντο IX, 41, 9. ἐπεποίητο quinquies decies. κατα-

κεκοίμητο XVIII, 29, 9. συντετέλεστο XXII, 15, 15. XVI, 36, 5. in Bk. editione legitur ἐγγέγραπτο, in ed. Did. ἐγέγραπτο. Constat Bekkerum saepe ne mentione quidem facta quae a prioribus male gesta sibi viderentur mutavisse. Si ἐγέγραπτο in cod. revera legitur — Schweighaeuseri enim editione hoc tempore careo — utique praeferam: nam et praecedit ἐγγεγραμμένος et insequitur ἐν. Ceterum utriusque formae cum altera commutatae v. expl. ap. Iac. ad Ach. Tat. p. 482. Cetera quae occurrunt plusquamperfecta augmentum retinent: ἐκεκρατήκει ἐπεφιλοστοργήκει ἐνενεύκει ἐπεπιστεύκει ἐπεπλεύκει ἀπετεθηριώκει ἐπεφύκει ἐτετάχει ἐκεκράγει ἐτετεύχει ἐδεδίει (3. p. sing. tantum) ἐτετρόφει ἐγεγράφει ἐγέγραπτο (XVI, 36, 3. XXIX, 11.) ἐδεδώκει παρεδέδοτο ἐτεθείκει συνετέθειντο ἐξετέθειντο I, 61, 3. ἀπετέθειτο II, 44, 5. a Bk. pro impf. restituta sunt. παρελήλυτο ἐξεκέχυτο ἐνεδέδετο (παρ)εκέχρητο ἐδεδώρητο ἐγεγένητο ἀπετέτμητο ἐμεμηχάνητο ἐκεκύρωτο ἐτετελείωτο (συν) ετέτακτο διεδέδεκτο κατεπέπληκτο ἐπεπόριστο ἐπέπειστο. De v. quae a litteris sonantibus incipiunt haec habeo dicenda: ἠκηκόειν XXXIX, 1. sed ἀπολώλει I, 28, 11. XVII, 13, 8. (Mätzner Ant. p. 90. Weber Dem. Aristocr. p. 342. Kr. Thuc. VII, 27, 4. al.

ἀναλώκει XXXII, 7, 15 (Benseler Isocr. Areop. p. 133. sq. Lob. Ai. p. 433. Mätzner Lyc. p. 164. Dissen Dem. de cor. p. 169. Scheibe praef. Isae. p. IX.

ἐφεστήκει I, 40, 10. IX, 41, 6. ἐφεστάκει X, 20, 5. εἱστήκει I. 22, 4. ἐνειστήκει I, 6, 1. II, 28, 9. συνειστήκει III, 105, 4. προειστήκει XXVIII, 16. παρειστήκει XVIII, 36, 6. (Schäfer app. Dem. II, p. 206. 542. Ellendt Arr. II, p. 165. Sic semper Babrius quinquies decies.)

Persequamur anomalias per singula verbi tempora.

Nonnulla verba fut. habent activae formae pro mediali Atticorum: πλεύσω II, 12, 3. quod Mein. C. Gr. IV. p. 40 n. 21 barbarum dicit. [V. πλεῖν tanta constantia a Polybio contrahitur ut semel non contractum X, 9 (p. 651, 28) iure offendat. Lob. Phr. p. 221. Bähr Plut. Alc. p. 171. Ekker Plut. Cim. p. 117. Kr. Spr. 32, 3, 1. C. J. 5127. B. 28.] ἀπαντήσω XXXI, 23, 5. XXXII, 7, 10. σπουδάσω III, 5, 8. v. Babingtonem ad Hyperid. epit. p. 39. Συμβιώσεις XXXII, 10, 9 [damnat hanc formam Cobet v. l. p. 317 extr.]. Quae futuri forma quum Ach. Tat. VII, 2, 1 codicum testimonio firmata sit, nescio cur Hercherus p. 174, 2 ne indicio quidem facto βιώσομεθ' rescripserit. v. Lob. ad Buttm. p. 129. Fut. ἀφελοῦμαι III, 29, 7. qua ratione Lob. ad B. II. p. 100 passivam habere significationem dixerit, indagare non possum. Si bene memini alio quoque loco legitur in Polybii libris: sed adnotare oblitus sum. Fut. v. ἔρχομαι Atticis erat εἶμι. ἐλεύσεσθαι ut videtur forma Jonica, a posterioribus denuo usurpabatur. v. Lob. Phr. p. 37 sq. Krüger ad Arr. p. 242. Gr. 38, 3, 3. Scheibe praef. Lys. p. L IV; exempla Lucianea collegit Cobet V. L. p. 308 qui p. 169. Charitoni p. 5, 4. ex codice ἐλεύσεσθαι pro ἐλεύσασθαι restituit. Pol. IV, 9, 5. XXVI, 2, 14. adde Babr. 86, 9. Nec Plutarcho iisque qui N. T. libros conscripserunt infrequens est.[5]) Aor. ἔστεξα Attici abstinuere, Polybius (III, 53, 2. IV, 8, 2. VIII, 14, 5.) et Plutarchus (Rom. 20, 30. Alex. 35. cf.

---

[5]) Fut. διαψεύσεσθαι ut notionem passivam exprimeret Polybium adhibuisse vix quisquam credet XXII, 12 (p. 918, 12). Nam sententia praesens postulat ut ἀποτυγχάνειν. Porro si futuro passivo usurus erat debebat aut διαψευσθήσεσθαι scribere aut certe διαψεύσεσθαι. Quamobrem dubium non est quin Schweigh. διαψεύδεσθαι restituerit rectissime.

Dorv. Char. p. 500). Δύνειν mergi habet aor. ἔδυνα IX, 15, 9 δύναντος. Ceterae quae occurrunt formae omnes ad aor. ἔδυν pertinere possunt (v. δύω). Aor. ἐβίωσα unum alterumve exemplum apud Atticos occurrit (Buttm. p. 130 v. C. J. 1495 sqq.), usitatus fit inde a Polybii aetate, sed ita ut aor. II. ἐβίουν ius suum retineat. Praecipue autem ut antea frequentatur participium quum in casibus rectis tum obliquis βιώσας XVIII, 24, 8. ἐπιβιώσας XVI, 9, 1. συμβιώσας X, 22, 3. ὑπερβιώσας XXIII, 18, 3. καταβιώσας XII, 28, 6. ἐβίωσε XVIII, 24, 8. κατέβίωσαν XV, 34, 4. cet.

Aor. I. εἵλαντο quem Cobet mn. XI, 1 p. 36 et in Var. Lect. librarii vitio tribuit ter occurrit: εἵλαντο XXXVIII, 1b ἐπανείλατο VIII, 14, 2 παρείλαντο IV, 51, 6. B D E: de A nihil constat. v. Dorv. Char. p. 334. Lob. Phr. p. 183. Buttm. I, 405. N. T. Gr. p. 34.

Aor. I. εἶπα longe usitatior est quam antea, plerumque in l. p. sing. usurpatur. Occurrit fere tricies. C. J. 4697, 8. cet. Ἀπείπασθαι (Held Plut. Tim. p. 315) V, 50, 13. VI, 58, 11. XII, 28, 6. XXIII, 8, 8. 9, 13. XXV, 4, 7, 5. XXIX, 9, 2. XXIII, 10. — Τὰ δοχθέντα XXI, 8, 8 senatus consulta i. q. τὰ δεδογμένα III 40, 2. IV, 9, 7 sq. Sic iam antipho καταδοχθείς φονεὺς εἶναι II β, 2, ib. Mätzner p. 155. Similis est ratio verbi intr. ἀπαντᾶν, cuius quum aor. I. pass. ἀπηντήθη (II, 7, 4). tum saepe perfectum pss. occurrit X, 37, 8. XV, 5. XX, 10, 15 sp. ἀπηντῆσθαι II, 37, 6. XXXVII, 4. extr. sp. — Ὁραθείς III, 58, 8. παροραθείς V, 55, 9. — Ἀρκεσθείς XIII, 2, 4.

Προειδόμενος cod. rescriptus XXXVIII, 1b. p. 1125,24 quod nescio an recte mutaverit Cobet mn. XI, 1. p. 36. Quamquam enim haec forma non est inaudita: v. Krü-

ger Thuc. IV, 64, 1. p. 154. Bähr Plut. Flam. p. 107 sq. Schäfer ad Long. (si bene memini.) tamen per totum Polybium semper invenies προιδόμενος ὑπιδόμενος cet. et in cod. illo Vat. nonnunquam ει pro ι scriptum esse constat. III, 8, 3. praebent προειδόμενος libri tantum interpolati. — Γεννηθῆναι et παραγεννηθῆναι pro eo quod Atticis in usu erat γενέσθαι et παραγενέσθαι vulgatum est: III, 99, 2. IV, 6, 10. IX, 4, 5. 17. XI, 32. XII, 15. XV, 1, 5. exc. Esc. p. 7, 5. XVIII, 22, 4. XVII, 11, 1. XX, 11, 2. XXI, 9, 12. 14, 2. XXII, 8, 9. 9, 17. 22. spp. (Babr. Prol. 1, 3.) IV, 32, 6. 45, 7. XII, 15. XIII, 1, 1. XV, 29. 32, 3. 35. exc. Erc. p. 4, 11. XVIII, 38, 1. XXI, 2, 11. XXII, 22, 14. XXIII, 1. spp. Lob. Phr. p. 109 C. J. 4697, 28. — Aor. pss. ub. ἐντυγχάνειν est ἐντευχθείς XXXV, 6. in. — A ub. ἁρπάζω derivat Pol. aor. II. ἁρπάγην II, 58, 12. IV, 79, 3. sed ἀνηρπάσθη IV, 54, 6. De aor. ἐρρίφην IV, 71, 10. ἐρρίφθην VIII, 8, 4. 21. v. Lob. Ai. p. 421. quem p. 177 de formis ῥίπτω et ῥιπτέω (Schw. ad I, 47, 4) nullo fere sententiae discrimine usurpatis consulas. Inconstantia non magis offendit quam μιγῆναι XV, 13, 9 et μιχθῆναι XVIII, 18, 11.

Aor. I. pss. plurimorum verborum apud Polybium significationem habet medialem. Προςεποιήθη V, 25, 7. XII, 6a. X, 35, 6. XXVIII, 2. XXXI, 22, 1. sp. Babr. 97, 2. Quum alias semper legatur πορευθῆναι, in codd. A. (B) DE II. 27, 2 inest προπορευσάμενος. C. προπορευόμενος. Itaque cum codice non interpolato consentit altera pars librorum interpolatorum: inde quin aor. fuerit in cod. archetypo vix posse dubitari patet. Quamobrem quum a sententia nihil queat decerni, non est cur προπορευσαμένους spernamus. Multorum enim verborum aor. extant et pass. et med. eadem significatione

usurpati. Composita v. νοεῖν προνοηθῆναι, (συν) διανοηθῆναι semper habere videntur notionem medialem: ἐπινοηθῆναι (II, 45, 6. VIII, 21. IX, 12, 10 sp.) autem et ὑπονοηθῆναι (XXXI, 23, 6) nonnunquam notionem retinent passivam. Συγχρησθῆναι autem quod codd. infimi ordinis DE praebent II, 32, 7. quum optimi in συγχρῆσθαι consentiant, utique debetur librariis.

Αὐλισθῆναι II, 25, 4. V, 8, 3. 86, 1. VIII, 34, 2. X, 15, 9. 49, 13. XVIII, 10, 2. 5. Polybio unice usitatum est: apud Atticos raro occurrit. v. Ellendt Arr. I. p. 68. Hippon. 50, 2. Babr. 106, 6. — Ὁρμισθῆναι Polybius semper: I, 22, 5 (em.) 25, 1. 9. 39, 5. 41, 4. 44, 2. 6. 53, 13. 54, 3. 5. 7. II, 3, 1. III, 41, 5 spp. Πειραθῆναι Polybius (decies) et Babrius semper usurparunt. v. Kr. Thuc. II. 5, 3. — Aor. pss. ἀπολογηθῆναι medialem tribuit significationem post Antiphontem (Mätzner Ant. p. 161. adde III. γ, 2) contra Atticorum usum (Cobet var. lect. p. 290). IX, 35, 1. XXIII, 10, 4. 12, 5. XXVIII, 17a, 3. (Alex. C. Gr. III p. 388, 2) sed ἀπελογήσατο invenies X, 37, 7. Κοινολογηθῆναι II, 5, 4. 48, 4. III, 71, 5. X, 42. XV, 5. XVIII, 17, 5. XXIII, 13, 3. XXV, 4. XXXI, 22, 12. XXXIII, 10. XXXVIII, 2, 11. sed κοινολογησάμενος XXXI, 13, 5. Δικαιολογηθῆναι XX, 10, 2. XXXI, 20, 8. Ἀποκρίνομαι non solum aor. I. habet med. ἀπεκρινάμην, sed etiam ἀποκριθῆναι. Lob. Phr. p. 108: IV, 30, 7. 31, 1. XV, 5. XX, 3. XXI, 8, 11. XXII, 24, 6: XXIV, 10, 3: 11. 13. XXV, 2, 8. 3, 3. 6, 2. XXVIII, 1, 9. XXIX, 5. XXX, 17. XXXVIII, 2, 11. 12. (Pherecr. C. Gr. II, p. 275, 4.) Ὑποκριθῆναι III, 52, 6. V. 24, 11. 25, 7. 49, 7. 102, 6. διακριθῆναι solito audacius dictum est I, 28, 6. III, 111, 2, cl. II, 22, 11. sp. — Μεταμέλομαι quod quamquam Attici non prorsus spreverunt, raro tamen usurparunt, occurit

IV, 50, 6. part. XXV, 5, 11. μετεμελήθην VIII, 25, 2. XI, 16, 6. XXXI, 20, 2. XXVII, 7b. (Thuc. VII, 50, 3. Held Plut. Tim. p. 344. Kraner Phoc. p. 40) ut ἐπεμελήθην Attici (Benseler Isocr. Areop. p. 316.) — Part. αἰκισθείς passive (Pol. I, 69, 5) etiam ab Atticis dici ut probet Krüger. laudavit Lys. 6, 27. Isocr. 4, 154: addere potuit Xen. An. II, 6, 29. Ἐσφαλκέναι et ἐπεστοφώς quamquam ex regula formata antea occurre non videntur. Pol. VIII, 11; V, 110, 6[6]. Τετηκός (ἀργύριον) habet formam activam, passivam significationem XI, 24 extr. Quum Attici dixerint κέκρικα (IV, 66, 1) τέτικα τέτακα (V, 34, 9) Polybius eadem flectit ratione κέκλικα: κεκλικώς XXX, 10, 2 διακεκλικώς XI, 15, 5 ἐγκεκλικώς. XVIII, 5, 7. 9, 5. (κεκλιμένος I, 18, 2. 42, 5. II, 14, 4. 16, 1. III, 47, 4 spp.)

Sed ὦξυγκα XXXI, 9, 3. ὤξυσμαι I, 22, 7. VI, 22, 4. ὠξυμμένος XVIII, 1, 13. ὑφασμένος III, 32, 2. (ὕφαγκα Dion. Hal. C. V. 16 ib. Schäfer p. 215. Lob. Phr. p. 34 sq. Kr. Spr. 33, 3, 1. 3. A. v. κτείνω derivatur ἀπεκταγκώς III, 86, 10. ἀπεκτακώς. XI, 18, 10. (Menand.) ἀπεκτάνθαι VII, 7. Lob. Phr. p. 36. [Formam ἀποκτεινύναι II, 56, 15 nescio an iniuria Schweighaeuser. in ἀποκτιννύναι mutare voluerit: v. Buttm. II, p. 227. Lob. Rhem. p. 210. 355. Path. p. 37. n Weber Dem. Aristocr. p. 195. med. cl. 202].

Vb. ἐρείδω apud Atticos in pf. reduplicatur ἐρήρεισμαι: atque sic etiam Pol. ἐξερήρεισται XVI, 11, 5, sed ἀπήρεισται III, 109, 11. ἀπηρεῖσθαι III, 66, 9. pf. act. προσηρεικώς I, 11, 10. V, 60, 8 (προσερηρεικώς Plut. Aem.

6) τέτραφε non τέτροφε legitur XII, 25 h. (754, 15) invito Cobeto. mn. XI, 1. p. 31. sed XXIV, 8a p. 976, 22 legendum est κατεσκαφότα.

P. 19, 3) Lob. Phr. p. 32. — Pf. verbi ἄγειν quum Atticis tum Polybio usitatissimum est ἦχα; sed occurrit etiam ἀγηοχέναι XXIV, 3, 1. ἐξαγηόχει XXVI, 6, 5. XXX, 4, 17. Buttm. II, p. 298. Lob. Phr. p. 121. — Βέβλαφα XII, 26, 2. v. Kr. Spr. p. 98. 157. Dorv. Char. p. 553 Lips. — De forma ἔκτημαι pro κέκτημαι (V, 87, 3. XVII, 7, 1) v. Lob. Phr. p: 762. Ellendt Arr. An. T. II. p. 229. Engelh. Plat. Lach. p. 54. συμμεμιχέναι XXXVIII, 5, 5. — παραπεπετασμένος XXXIII, 3 (p. 1110, 19). Buttm. II, 270. cf. I, 51, 5 ἀναπεπταμένος τόπος VI, 40, 10. — Πεπέρασμαι IV, 40, 6. — Perfecto v. πνέω Polybius utitur epico πεπνυμένος sed notione spirandi vivendique. VI, 47, 9. 53, 10. πέπνυται XXXVI, 6, 6. Pro ἐγκαθικώς XXIII, 13, 5 p. 963, 28 forma satis mirabili Bekkerus Reiskium secutus lenissima manu restituit verum ἐγκαθεικώς. Diod. utitur pf. κεκάθικα. Pf. v. τυγχάνειν praeter usitatam παρατετυχηκώς XII, 28a, 4 longe saepius habet formam τέτευχε: I, 81, 3. IV, 77, 8. V, 10, 1. VIII, 6, 11. XII, 25c. (παρα) τετευχώς I, 66, 10. II, 4, 1. III, 48, 12. V, 9, 2. X, 34, 8. XII, 27, 8. XXV, 8, 1. XXV, 8, 1. XXIX, 6a. XXXII, 8. XL, 4. τετευχέναι I, 85 extr. X, 10. VIII, 14, 7. XII, 12a (bis.). ἐτετεύχει IV, 35, 13. XXXVII, 4. ἐπιτετευγμένος VI, 53, 2. Lob. Phr. p. 395. Plane singulare est plpf. v. οἴχομαι ᾠχήκει VIII, 29, 9. v. Lob. Aj. p. 396. Buttm. II, p. 253. — Pf. παρημίλληται XII, 10, 4 notionem habet activam.

Verbis in μι respondent quaedam verba secundum coniugationem verborum quae in ω desinunt flexa. ἐμπιπρῶντος I, 53, 4. ἐμπιπρώντων VIII, 18, 9. ἐνεπίμπρα XVI, 1, 4. (3. p. impf.) a v. πιμπράω derivando. Cui conferas παρίστα I, 48, 6. συνίστα III, 43, 11. c. Herm. Luc. q. h. s. c. n. cr. 1. c. Praeterea impf. inf. part. a

vb. ἱστάνω formata invenies: παρίστανε III, 113, 8. συνίστανε IV, 5, 6. 82, 5. συνιστάνειν III, 108, 4. V, 67, 9. XXVIII, 17. XXXII, 15. συνεφιστάνειν IV, 8. 8. VI, 32, 2. X, 41, 6. XXIV, 8a. καθιστάνειν II, 43, 2. καθιστάνων III, 113, 3. ἀποκαθιστάνων III, 98, 9. παριστάνουσα III, 96, 3. XVII, 15, 12. ἐφιστάνων V, 35, 6. XI, 2. 25. συνεφιστάνων VII, 13. IX, 2. extr. XV, 36, 8. Apud Atticos ni fallor nonnisi καθιστάνειν aliquotiens invenies. Sed etiam haec exempla radicitus evellere conati sunt Cobet. et C. Scheibe (praef. Lys. p. VI. Isae. p. VII). At cur librarii unius huius v. compositi καθιστάναι exempla corruperunt, aliorum non idem? Apud serioris aevi scriptores Diod. Plut. Sept. N. T. varia composita passim leguntur. Verborum in υμι permulta etiam in ind. part. praes. ita flectuntur ut verborum in υω habitum induerint. Kr. Spr. 36, 9, 2. Buttm. I. 506. n. 3. Weber Dem. Aristocr. p. 202. 414. Bremi Isocr. I. exc. 2, c. 1. p. 202. Schöm. Plut. p. 160. Hercher ad Ach. Tat. p. 70, 16. Quum iam apud Atticos 3. p. pl. plerumque desinat in ύουσι (Krüger Thuc. IV, 25, 3.) altera forma ύασι apud Polybium prorsus non extat: 3. p. sing. semper desiisse videtur in υσι 1. pl. in υμεν. In impf. 3. p. sing. unice usitata est forma υε: (ἀπ)εδείκνυε ἐπεδείκνυε ὑπεδείκνυε. cf. Babr. 50, 6. 10. In 3. pl. forma υον magis est usitata quam altera. [sequuntur exempla]. Inf. et part. quammaxime fluctuant: ὀμνύειν III, 25, 6. XV, exc. Esc. p. 3, 2. ib. Feder p. 181. 238. Part. in ύων in universum in sing. crebriora sunt, ea quae desinunt in ύς in pl. num. In fem. gen. semper usurpatur ύουσα. In med. et part. ab usu Atticorum non recedit. Ceterum adnotabo, formas in ύω apud mediae et recentioris comoediae poëtas obtinere. Cobet v. l. p. 317. — Attici dicunt χόω, posterio-

res χώννυμι χωννύειν. Lob. ad Buttm. II. p. 327. χώννυσθαι IV, 40, 4. χωννύειν I, 47, 3. X, 28, 5. (ἐγχωσθήσεσθαι κεχῶσθαι χωστός). — Ἀνοίγειν VIII, 27, 8. iam Atticis usitatius erat verbum quam ἀνοιγνύναι.

Scriptores Attici rarissime usi sunt plur. num. aor. I. qui sunt ἔδωκα ἔθηκα ἧκα Sed inde a Demosthene hanc regulam non amplius observarunt. v. Kr. Spr. 36, 8. 1. ἔθηκαν ἔθεσαν ἔδωκαν ἔδοσαν ἧκαν εἷσαν promiscue usurpantur. ἔθηκαν (15.) ἔδωκαν (fere tricies) ἧκαν (decies) ἐδώκατε IX, 31, 4. XXXI, 7, 5. ἐφήκαμεν XII, 15, 6. apud Pol. occurrunt, προηκάμην quo Plut. utitur (Cleom. 22, 2) non inveni. Quum Attici dicere solerent ἑστώς ἑστηκός (Benseler Isocr. Areop. p. 88) Polybius cum in masc. tum in neutro breviores praefert formas, in feminino genere pleniores (ἑστηκυῖα ἐφεστηκυῖα ἐν-, συν-, ἐξ-, καθ-εστηκυῖα cet.) Quod non ita dixerim quasi alterius generis formis nunquam sit usus. Inf. ἐφεστηκέναι II, 6, 4. satis rarus est: v. Lob. ad Buttm. II, p. 488. Aliquotiens invenies pf. transitivum ἕστακα, quod quum ex Demosthene exulasse videatur, primum inveniri puto ap. Hyperid. Eux. p. 13, 8. καθέστακα. cf. Axioch. § 18: περιέστακας; v. quos laudant Buttm. et Lob. II, p. 209. not. adde Schäfer app. Dem. I, p. 198. ad Dion. C. V. p. 331. mel. crit. p. 154. Engelhardt obs. crit. in Dem. p. 53. Ἐφεστακώς X, 21, 2. XXXII, 9, 1. ex em. Bk. παρεστακώς III, 94, 6. ἐφεστάκει X, 20, 5. ἀποκαθεστακέναι XXI, 9, 9. καθεσταμένος XV, 27, 6. XXXV, 3. (1136, 9.).

[Invitus omitto quidquid de syntaxi commentatus eram alio loco mox uti spero in publicum editurus.]

VITA
Alfredi Eberhard.

Natus sum Coburgi ipsis Nonis Juniis a. 1841 patre Ernesto Friderico qui est duci Saxo-Coburgensi a consiliis scholasticis et scholae quae fertur realis director, et matre Agnete e gente Oberlaenderana. Quae quum nimis mature marito et liberis erepta esset a. 1849, in eius locum successit altera ut vere dici possit mater Sara e gente Henkeliana. Postquam gymnasium Casimirianum quod floret Coburgi Forbergio directore, Tromphellero, Ahrente, Schneidero professoribus rite absolvi, Gottingam profectus praeceptoribus usus sum Ewaldo, Leutschio, Sauppio, Curtio, Benfeio, Rittero. Ac Leutschii potissimum et Sauppii benevolentia factum est ut sem. phil. sodalium ordin. numero mox adscriberer. Neque minus postquam duobus annis post Berolinum me contuli, contigit ut in Boeckhii Hauptiique seminarium philologicum reciperer. Praeter hos viros audivi Roedigerum, Trendelenburgium, Weberum. Per I. sem. spatium philosophis quas Trendelenburgius moderatur exercitationibus interfui. Quibus viris omnibus ut optime de me sunt meriti gratias ago quammaximas. Attamen quos maioribus extollam laudibus quam parentes carissimos non habeo: horum enim beneficio factum est ut principum in suo cuiusque genere virorum institutione fruerer.

SENTENTIAE.

1. Pol. 39, 3 p. 1037, 9 pro nomine quod est Κρυφῶν non cum Cobeto (Var. Lect. p. 124) Ἱεροφῶν scribendum est, sed Ἡροφῶν [v. p. 1032, 8. Liv. 54, 24. 27. 28. in cod. Eropon].
2. Cobetus (nov. lect. p. 289) Pol. IV, 27, 6 verba ἀναστάτους ποιήσαντες tamquam subditicia leiciens fallitur.
3. Perverse G. du Rieu disp. de gente Fab. p. 456 in Pol. I, 21, 3 verba ἐν θαλάττῃ uncinis inclusit.
4. Pol. XXX, 18c. (p. 1064, 27. B. p. 78, 13 H.) δυσκληρήματα pro δυσχερήματα restituendum est.
5. Thuc. V, 10, 3 pro παρήγγειλε τοῖς ἀπιοῦσιν ὑπάγειν rescribendum est τοῖς αὐτοῦ ἀπιοῦσιν ὑπάγρεν.
6. Plut. Per. 11, 29. εἰς Ἰταλίαν ἀνοικιζομένης Συβάρεως. οἰκιζομένης. libri οἰκιζομένης.
7. Arr. An. IV, 10, 2 (Callisthenes) ἐφ' αὐτῷ εἶναι ἀπέφαινε. Libri ὑφ'.
8. Aesch. Pers. 269 pro βέλεα scribam τέλεα.
9. Eur. Her. fur. 347. ἀπαθής τις εἶ θεός. omnes ἀμαθής.
10. Sall. Cat. 12, 2 pudorem, impudicitiam: vulgo pudicitiam.
11. Versus Cat. 64, 179 (p. 48, 6) ut vel in optimis legitur editionibus, sensu idoneo caret.
12. Versus qui leguntur Hor. c. III, 23, 17—20 recte Peerlkampium et Meinekium ab Horatio abiudicasse censeo.
13. Sententia Schäferi (ad Schraderi Musaeum p. 5 prolata) omnino nullam esse verborum sensus denotantium permutationem falsa est [v. Lob. Rhem. p. 329 sqq. et al. J. Grimm in Hauptii „Zeitschrift" vol. VI. ab in.]
14. Juvenalis cod. Vindobonensis recens repertus interpolatus est.